

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Adversvs Cvcvllatvm Minotaurũ Vuittembergensem**

**Cochlaeus, Johannes**

**[Tübingen], [1523]**

**VD16 C 4241**

Vilhelmo

[urn:nbn:de:bsz:31-291021](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-291021)

# VILHELMO

NESENO IO. COCHLAE-

us, bene agere, & ad Christum redire.

**M**onstræ bouēq; cano, Boreæ qui primus ab oris  
Teuthonicas terras profugus conspurcat, & omnem  
Sub specie Monachi uiolat pacemq; fidemq;  
Vi Satanæ, fauis furij's agitur, & œstro  
Diræ Ctesiphones, ultrici Anathemate pœnas  
Exposcente, furit, mugitu uastus inani,  
Semiuiui Lacero sub semibouisq; cucullo.

Ecce Nefene, non solus Minotaurus tuus uersifex est, sed & ego puer  
olim uersus cudere didici, tanto nimirum sanctius, quanto præcepto-  
ribus meis meliorem, q̄ ille, gratiam refero.

Cur autē tu illi tam imperiosus, ut scribit ineptiæ author fueris, ut nō  
solū pueriliter uarijs agnoibus in me fuerit bacchans & H. strio, sed &  
& francofordianos nostros inuidiosa calumnia suis imiscuerit baccha-  
nalibus, libenter profecto ex te audire uelim. Non sum enī ullius mihi  
in te offensæ conscius. Sed & Francofordienses nostri longe melius de  
te meriti sunt, q̄ ut, Authore te, traduci debeant per bacchanalia uestra  
Minotaurica.

Veros Frā-  
cofordiēses  
non esse Lu-  
theranos.

Ante oīa igitur, ciuitatem hanc a calumniis uestris orbi Christiano  
purgare & excusare, opæpretiū uidetur. Nequis existimet, eam, cū da-  
mnatis Hæreticis infamibusq; Apostatis, contra Catholicam Ecclesiā  
eiusq; fidelia membra, perfide sentire. Quæ iam ultra DCC annos fidē  
Romanæ ecclesiæ, a qua uos leuissime, ob nullam causam iustā, per sum-  
mū scelus, in æternā animarum uestrarū damnationē deficitis, sequuta  
est semper, & quidem religiosissime, A temporibus Caroli Magni ad  
hæc usq; tempora Caroli Quinti, qui ante quatuor fere annos hac in  
urbe Cæsar electus est, & in ecclesia, quā Carolus .i. fundauit, ad popu-  
lum solenniter denunciatus.

Concilium  
Francofor-  
diæ celebra-  
tum. Anno  
794.

Adeo nāq; fideliter tenuit semper fidem & instituta Sedis Aplicæ,  
quā uos barbarico mugitu blasphematis tota die, ut etiam, dū adhuc  
uilla diceretur, sub Carolo Magno, promeruerit habere Cōcilium. In  
quo foelicianæ Hæresis, quā & uos renouatis uestra in spelunca, de tol-  
lendis sanctorū imaginibus legitime damnata fuit, uti damnauerat eā  
paulo antea Nicææ septima Synodus uniuersalis. CCCC. Episcopo-  
rum subscriptione & sententia, ita enī legimus in antiquis Caroli illius



Luth. in lib.  
contra regē  
Angliæ.

quæ ad fidem religionēq; & animarū salutem spectant, q̄ Bullæ & dif-  
finitioni Sedis Aplicæ, q̄ sacris Conciliorū Canonibus & Decretis, q̄  
Cæsaribus & oīm Germaniæ Principū, in quos nuper mendacissime scri-  
psit semicucullatus bos tuus, sibi uiolatā ab eis esse publicā fidē, eosq;  
nihil nunc magis, q̄ fidem, contemnere in perpetuā nationis ignomi-  
niā, sententiæ Vuormaciensī, q̄ celeberrimarū uniuersitatū determina-  
tionibus, breuiter q̄ oīm totius orbis Christiani nationū gentiūq; &  
populorū cōi per totā ecclesiā catholicā tot seculis consensui. Mentī  
itaq; bacchans ille uītulus, mentiris & tu Nefene, qui eiusmodi in me  
calumniæ de francofordiensibus illi author es mendax, si modo uere  
de te scribit ille. Nihil enī habent aduersus me francofordienses mei.  
Et proinde sine rubore tui non amplius, quā ad eos post hanc calum-  
niā nunq; sine rubore honeste redire poteris.

Stulta Lu-  
theri præ-  
sumptio.

Nunc tempus & ordo responsionis exigunt, ut bacchanti Vitulo  
non nihil retribuā. Ait gloriosus iste Minotaurus, sero iam a me requi-  
ri arma, postq; dñs per ipsum non solū percussit, sed etiā palā per orbē  
traduxit Papā, Episcopos, Monasteria & Academijs &c. Rñdeo. Ma-  
niaca furentis huius uituli iactantia mihi sæpe, uel in meda indignatio-  
ne, cāchinnū excussit, quotiescūq; sensi eū plusq; pueriliter ac stulte atq;  
adeo plane maniace putare, q̄ ubiq; per orbem terrarū uictor Papæ &  
uerū Euangelista habere, si quando a scurrili conuicio, a falso scriptu-  
ræ interpretamento, a uastro mendacio, a inani multæ uerborositatis nu-  
gamento, a seditioso falsæ libertatis fūco, cōmouisset mobile uulgus in  
fauorē sui, si ad sacrilegiū ad impietatē nouā concitasset leues suos po-  
etas sciolosq; literarios, si ad res nouas pellexisset inquietos Catilinas,  
si ad bona Clericorū inuadenda impulsisset audios & truces Centauro-  
rū, Lapitharū, pauperum Cūnciorū, Karsthansiorū, & quicquid obēra-  
tæ plebis est, animos.

Luthe. de ab-  
rog. Missa.

Tum certe minax iste Minotaurus simul cū cornibus decaluatis ui-  
tulinā in nos caudā erigebat, tum rugiebat ut leo, & dicebat. Quis non  
timebit; tū grandisono intonabat conuiciorū fragore, & putabat cor-  
lū & terram anserino illo sibilo suo terri, concuti, locoq; moueri.

Taurini ge-  
stus Luth.

Tum deniq; uerū agebat iratus taurū, quando publica nota inure-  
bat taurinæ eius fronti, uel per Bullā pontificis, uel per sententiā Cæsa-  
ris, aut per uniuersitatū determinationes, ut sic in memoriā nobis reuo-  
caret hæc Vergilij carmina.

Verg. 3. Gæ.

Et tentat sese, atq; irasci in cornua discit  
Arboris obnixus trunco, uentoseq; lacessit  
Ictibus, & sparsa ad pugnā proludit arena. Atq; imane sonat, mo-  
do latine, modo teuthonice, nunc execratur Bullā, nunc diris impreca-  
tionibus in Tartara deijcit Sedem Aplicam, iam oīno Papam esse ne-

gat, iam caput illi a sese amputatū esse iactitat. Hic iaces (inquit, Leo, nunc barbam tibi uellicant catuli & mures. Quem igit non terreat tā horrendi tanti uituli mugitus? An ferat uictor iste Minotaurus inultū sese, mugitusq; suos, et robusta cornua uiresq; toti Behemoth insupabiles, quibus terrā tremefacit & ipsum quoq; cœlū, ita contemni ab una paruula & infirma Cochlea, ut ausit aduersus eū, post tantas ubiq; æditas ab eo strages, qñ undiq; plurima mortis imago est, arma tandē requirere? Non feret profecto, sed proteret miserā mox uno dextræ ungulæ ictu, ut non memoretur nomen Cochleæ ultra.

Luth. in lib. contra Cathari. Irrisio iræ Luthericæ.

Sed cum licentia dñi uituli, quæro ex te Nefene priusq; totus contentar. Quomodo nunc Papa sentit, ut gloria in malicia sua tuus iste uitulus, uulnus, cui ante bienniū caput amputauit Lutherus? Esto autē, q; truncus auulso capite post bienniū adhuc sentiat. Cū dixerit idem Lutherus in assertionibus suis, Papam esse ens fictū in mundo, & neq; esse neq; fuisse, ne futurū quidem esse, Quomodo nunc dicit ineptus iste uitulus, contra Lutherū patrem suū, Papam sentire uulnus? Nūquid res mere ficta sentit uulnus? O uanissimos & mere umbratiles & uerbales bellatores, qui stultissime putant, in fūco allegationū conuiciorūq; stridore tantā consistere uim, ut per eā possint expugnare ecclesiā dei super petrā solidissime constructā. Quamuis igitur infirmū per se reptile sic Cochlea, habet tñ alicubi tam firma, quibus integitur ac secure latet, arma, ut nulla uituli tauriue, ne equi quidem, etiā si Bellerophonū esset, ungula, confringi aut perripī queant. Ita & ego, p̄ meipsum infirmus, & nullarū mihi uiriū conscius, talibus me armis aduersus uituli tui ungulas muniui, ut sub eorū umbra & protectione tantā ultra bienniū fiducia semp̄ habuerim, habeoq; adhuc hodie, q; uana mugientis uituli terculamenta & præstigia uerbosæ iactantiæ, nequaq; timeo.

Papa sentit uulnus in alfer. 30. ait.

Cochlea se cura sub armis.

Arma namq; mea sunt, uti uidere licet in libello, cui uitulus respondere magis uoluit q̄ potuit, æterna ueritate, quam uetosa uituli lingua halitusq; quantūcumq; inflatis buccis tumidus, mihi nunq̄ e mente et fide mea exufflabit, stabilita, uerba in quā dei patris, uerba Christi, uerba Ioannis baptistæ, uerba Petri, uerba Pauli, Ioannis, Iacobi, Dionysij, Ignatii, Polycarpi, Cypriani, Ambrosij, Augustini, Chrysostomi, Roma, Pontificum, Conciliorumq; sacrosanctorum, gratiā baptismi attestantium, planis & expressis uerbis. Quid obsecro ad minimum istorum respondet uitulus tuus? Quid inaniter blæterat de sola fide, de qua neq; articulus eius, neq; titulus & argumentum libelli mei faciunt mentionē? Sed hoc postea latius uentilabo. Licet igitur infirmus sim in memetipso, obiecti tamen ferociētī Minotauro tuo arma omnium firmissima, quæ nunq̄ transibunt, etiā ubi cœlum & terra transierint, Cur igitur illis non opponit bubulā cornua sua uitulus? Cur non

Arma Cochleæ de gratia sacramentorum.

Matth. 24.

ne, q; Bullæ & Decretis  
mendacis in  
publica fide, q;  
nationis igno  
renti denota  
nū genitū  
sentit. Mei  
eiusmodi in  
r, si modo un  
ordines mo  
hanc calum  
hanti Vitulo  
um a me requi  
palā per orbē  
Rūdo. Ma  
ia indignatio  
ac stulte acq;  
tor Papæ &  
allo scriptu  
positatis nu  
uile uulgus in  
nes suos po  
Casilinas  
es Centauro  
quid ob  
caluatis ui  
Quis non  
at abar. co  
moueri.  
nota inue  
tentā. Celi  
ā nobis reu  
sonat, mo  
ris imprea  
pam esse

tentat saltem? Recenseat saltē, si repellere diffidit, oīa mea, quæ ex uno paulo in eū contorsi, iacula, & ea quidē de unius duntaxat sacramenti, Baptismi scilicet, gratia, quā Apostatice negauit in suo articulo. Tolle ex hac eius responsione agnomina, scōmata, iactantias, conuicia, blasphemias, mendacia, & uana de sola fide nugamenta. Quid obsecro reliquum erit, quod responsione dignum uideri queat? Certe non responderem ad ista, nisi adiecisset fucatam excusationem super crimine falsi, de quo eum iam propria confessione reum & conuictum teneo, fateatur enim hanc uocem sola, a seipso ad uerba Pauli adiectam esse. Qualis autem sit eius excusatio, postea uidebimus.

Ridicula iactantia Luth. Histrionica arma Luth.

Iam. Quis non rideat magniloquam hanc eius iactantiam. Papa sentit uulnus Papistæ quæruntur suum casum, & undiq; plurima mortis imago, & ille negat mihi esse arma? Ego uero ei, Histrionum & meretricū, pestilentiuq; Barrabarū, atq; in clades patriæ cōiurātū Catilinorum, arma esse nunq; negauī, imo sponte confiteor, illorū armis unum hunc Minotaurū plus ualere, quā ualuerint omnes per Mille retro annos Histriones, Meretrices, Hæretici & Apostatæ. Sed cuiusmodi arma, in causa Catholicæ pietatis non timeo.

Sentit quidē Papa uulnus, at nō suū (In quo enī nocuerūt hactenus eius dignitati uanissimi huius uituli mugitus?) sed suarū ouiuū, earū sane maxie, quæ in superiori Germania huic Saxonico Api, aures oculosq; & mētē, in æternā sui dānationē, cōtra Leonis. 10. Papæ, & Caroli 5. Imperatoris interdictū, cōrumaciter accōmodant.

A minimis quoq; rideat Lutherus.

Sed neq; Papistarū ullū adhuc uideo, huius uituli impulsu, casum, stant adhuc diuites, uiuūt adhuc laute, possident adhuc multa beneficia. Et circūferebatur hac hyeme, nescio quis Mīmicus libellus de diaboli Abbatisq; & Curtisani colloquio. In quo querebatur Diabolus, plus nocerit sibi per unā regulā seu cōstitutionē huius Papæ Adriani. 6. q̄ nocitū sit sibi hactenus p̄ oēs libros Luth. Videtisne iā miseri, q; & Mimi grandisona inanū uerborū portenta uestra cōtemnere & ride-

Erasmus ad Berū theol.

Quid, q; Erasmus quoq; Roterodamus, cui hac tē/ (re incipiunt) pestate meritā tribuūt omēs eruditionis palmā, in hæc uerba irridet in quadā ep̄la Saxonici huius uituli conatus furiosos. Egregius (inquit) uindex Euangelicæ libertatis, quā ita tentauit, ut uerear, ne pro simplici iugo geminū sit nobis ferendū. Cæterū iactatio eius de pluria ubi

Pluria mortis imago.

q; mortis imagine, partim ridicula, partim scelerata est. Ridicula sane n̄s, quos t̄atopere impugnat. Cū fateatur ipse paulo post, minimus sibi quam uobis tutū esse, q̄n̄ a me petit, ut eam Vuitenbergam, aut uocem ipsum in locum tutū. Scelerata est uero propter sediciosos tumultus, quos ipse nefarijs libellis inter Germaniæ populos flagitiosif

Quid sic ploratur? Hoc illud est Nefense, quod ingemisco, quod rat Cochleā deploro, nō dāna mea, quæ ab illo adhuc nulla profus ptuli. Deo sint

gratia. Post uanitates em, & impietates eius nunq abijt anima mea, nec unq respexit retro cor meū ad infanias eius fallas, sed neq; in corpore adhuc aut in re familiari nocuit mihi quicq. Et si in his noceret, ego pp̄ Christū & eccliam eius hæc oia, uelut stercora, æstimare decre/ ut. Vana est ig. t̄ e us sup̄ ijs iactantia. Sed multo adhuc uanior & im pudentior est ista iactantia eius, qua gloriatur, neminē hætenus ipsum superare potuisse, perinde me debuisse cogitasse fortunā bellantiū ha/ t̄enus cōtra Lutherū, quibus ego ne calcar quidē tangere queam.

Scilicet nondū supatus ē Maniacus iste uiculus, quē Christi uicari- Quotus su- us a corpore Christi iam pridē præcidit & satanæ tradidit Quem Cæ peratus est far, oim imperij statuū cōsensu, uelut hæreticū, proscripsit & infamem Lutherus, reddidit. Quē præcipue totius orbis uniuersitates pro hæretico decla auerūt. Quē deniq; pleriq; doct̄issimi uiri æditis libris, ut falsariū scri/ pturarū, ut erroneū interpretem, ut ineptū disputatorē, ut impiū conciliorū Canonūq; præuicatorē, manifestissime conuicerunt.

Et ego postremus, ac oim minimus, tanq abortiuus, hoc primo cō Superatus gressu, æditis hac hyeme libellis quatuor, eū ostendi toties cōtrariū si- etiā a Coch/ b̄ijpsi, toties falsariū, toties male inferentē. Atq; toties dolis, & malis læo Luth. artibus populū seducentē, & iurgia feminantē deprehendi, ac manife ste traduxi, ut nullo unq tēpore, nullo fuco tot maculas infames dilue

Et tamē audet os impudēs iactare, sese hætenus a ne- (re queat. mine Inpari potuisse. Quis oro unq; aut sæpius aut manifestius in Por Nemo unq; be Christiano supatus legitur: Quoties redarguit eū uarijs libellis Em sæpius supatus q; libros & deinde per aliū librū Catharinus: Quid ad tot rationes & tus q; Luth. scripturas ab eo ad ductas r̄ndet? Quid respōdet reuerendissimo dño Caietano de diuina institutiōe Pontificatus Romani: Quid de prima/ tu Petri Eccio, quem hic nil nisi ignominia retulisse gloriatur: Quid de potestate Papæ doct̄issimo fabro Cōstantiensis: Quid disertissimo Ra/ dicio Todisco, qui eū accusatiōe primū cōuicit. Deinde dānatū alte/ ra oratiōe palā triūphauit: Cur nō r̄ndet nūc illi i se cōuerso Ph lippus Melāthon, qui peulāter prius r̄nderat ei, Lutherū accusanti?

Qualiter autē r̄nderit uiculinus iste triūphator serenissimo & oī po- Respōsiol u- steritati admirando Regi Angliæ Frāciæq; ne Lutherani quidem ipsi th. cōtra Re/ ignorāt, erubescētes in cōfessu, siqñ ea de re incidat mentio. Certe una gem Angliæ Erasmi epistola, in qua huius Regis librū ingeniiq; & pietatē, licet ad- modum parce & modeste, cōmēdat, plus habet momēti fideiq; apud omnes bonos, q̄ habeant omnes barbarici crepitus infruniti huius

Licet me autem cæteris aduersarijs suis tanto (uituli. Nō est disti- inferiore facie, libenter sane, & cū gaudio agnosco. Sed nescit bos cile aut ma- imprudēs, t̄aro magis fore dedecus ipsius, q̄ro manifestius ab oim mi- gnū supera- nimo, nullarumq; tibi uiriū cōscio, de tot criminibus erroribusque & re Lutherū.

Nulla subtilitas hæresis Luth.

Ex epistola Adriani Papæ. 6.

Vana Luth. Philautia

blasphemis conuincetur. Id quod mihi minus in ullam partem laudis referri dignum puto, nisi quam mereatur forsitan zelus pietatis, indignationis molestia, tædiumque fastidiosi laboris. Non est enim difficile, biforini huic uitulo usque adeo furenti & affectus animi, absque omnium rationis & prudentiæ freno, pleno impetu bestialiter sequenti, ostendere infinitos errores, impietates, blasphemias, maledicta, mendacia, contrarietates, breuiter quicquid inest pessimum artium machinationumque malæ menti & malo animo. Quod sane optime uouauit doctissimus & cordatissimus Pontifex noster Adrianus ultimus, qui hac hyeme iam præterita, inter cætera sic scripsit Colonensibus. Quare uos & quemlibet uestrum in domino hortamur &c. ut uos, qui ab initio pestiferam & perniciosissimam hanc doctrinam semper detestati estis, nunc aduersus eandem, non tam sua subtilitate (quæ nulla est) quam eorum, qui occurrere deberent, negligentia, & zeli domus dei defectu, cancri more quotidie latius serpentes, pro uestro quisque captu, doctrinæ salutaris Antidota opponere, & latitans uenenum sub melle sanctorum uerborum, quæ illi peruersus dogmatibus suis admiscet. Christifidelibus, docendo, scribendo, prædicando, patefacere studeatis. Erit uero (inquit) hoc tanto facilius, quanto hæreses ipsæ crassiores minusque defensibiles esse probantur. Nos certe hucusque nihil tam subtile, ex huius sententiæ assertionibus, legere uel audire potuimus, quod non quibus, in sacris literis uel mediocriter exercitatus, facile coarguerit. Imo uero quod non sæpius ab Ecclesia & a patribus Catholicis luculentissime reprobatum diligens lector iuenerit. Hæc summus Pontifex.

Vanissima est igitur huius uituli iactantia impudensque Philautia, qua seipsum sic laudat, uiresque suas iactitat. Credens stultissime, si quando ab uno ab altero Poeta laudatoriam acceperit epistolam, mox uolitare se se simili laude per ora quorumlibet grauium doctorumque uirorum. Aut si quando ad populares conciones eius rustica plebs Vuitenbergensis agri accurrat, mox totum orbem Christianum in ipsius uerba simili leuitate iuraturum esse.

Sed multo impudentissima est ea iactantia, qua libris nostris nihil gloriæ & opinionis esse dicit, quod hoc titulo uehementer contra Lutherum. Ego certe libris meis nihil gloriæ opto aut arrogo, quos in abominabile nomen illud scripsi, e quibus duo duntaxat latine scripti, nuper æditi sunt, reliqui uero deinceps ædendi. Mallet autem (teste deo) omnes eos libros uno eodemque rogo statim ipse comburere, si possem a Germanis nostris impetrare, ut Luthericos quoque libros (quos in æternum iudicium interitumque animarum, contra pietatem & obedientiam tenent) mox meo exemplo in ignem proficere uellent. Tantum abest, ut ex nefasto & funesto nomine titulo ue Lutheri, gloriam ad opi-



tionem quærere mihi desyderem.

Maxime uero miror, qua fronte negare audeat meticulosus iste semi uir, quæ ego Vuormatiæ cū ipso in tot cōplicum suorū conspectu egi & loquutus sum. Vbi manserunt quæso Nefene Acta Cochlæi, quæ tu mihi e Vuormatia reuerso, post triduū hoc in loco, ubi nunc scribo, simulata amicitia narrabas, & adijciebas, colloquio illi nostro sex interfuisse Comites, Ego uero neminē prorsus ex oibus assidentibus & astantibus de facie nouerā, præter eos tres, quos ante prandiū coram reuerendissimo dño archiepo Treuerensi cōpellauerā. Assidebat autē unus ueste splendidiore indutus, quē ego tū falso putabā Ducem Fridericū esse, cū intellexerim postea Comitem fuisse de Mansfelt.

Quem igitur hic in testem, contra tot ludificantis & tergiuersantis uituli mendacia producā? Cur nō æditis conficta in me acta uestra, ut in de saltem addiscā sex illorū comitū (de quibus dixeras tu mihi) noia? Nondū sane persuadeo mihi, tot generosos uiros dicturos esse, in gratiā uisus mendicantiū fratru uituli, contra suā conscientiā rei que ueritatem. Sed & Ionam Amsdorffii que & illum ipsum (a quo me salis & nasci multū esse passum ait uitulus) Schurff in testes haud grauatim citaturus essem, nisi absterreret me quotidiana eorum cum uitulo isto familiaritas & cōuersatio. Quicquid autē dixerint illi oēs, certe asfidens nobis audiuit, que liberaliter absque omni ipsius piculo (de quo se mel reclamatū fuerat, ante que comes ille intrauerat ad nos) petitionem sub iudicibus cum eo disputare.

Et testis est mihi deus, quem nullū latet secretū, me semp iā ultra bienniū eo fuisse pro fide Catholica zelo & anio, ut sæpe optauerim, cū hoc uitulo perfido Capitalē sub iudicibus, publica autoritate de signandis, disputationē inire, ita, ut necessario alter nostrū, quem iudices dānaturi essent, aut ignis aut gladij supplicium mox pateret. Et in ter homines multis quoque testibus ubi opus foret, docere possem, que & ante & post Vuormatiense colloquiū animum istū constantissime semper cōfessus sum (quod & tu probe nosti) ubicunque ea de re cōpellatus fui Nolo cū scenico hoc uitulo inaniter disputare pro gloria aut ostentatione uana. De ingenio, eruditione, memoria, aut eloquentia neque cōfido neque iactito quicque. In his enī mea sponte non solū huic Thrasonico iactatori, sed & cuiuis que libet mediocriter docto, facile cedo. Carterū de fide Catholica fortiter asserenda, etiā per mortem & supplicia, tantū abest, ut huic uitulo aut cuiuis mortaliū pauide cedā, ut ausim cū quo libet (ubi uisum fuerit expediens) capitale iudicium inire.

Quid igitur umbratili uerborū fortitudine adeo magnifice uictorē sese iactat uitulus, qui reipsa quauis muliere mollior, quolibet eunucho effeminatior & euirator, omni ceruo fugatior & quocūque lepore me

Colloquium  
Vuormaciē/  
se.

Mendacia u  
tuli

Zelus & ani  
mus cochlæi

Verbis leo,  
Relepus Lu  
therus.

B

ticulosior, nulli se iudicio credere aut submittere audeat. Proh pudor, Qui ante bienniū inflatis inaniū uerborū buccis prouocauit minaci ac plane taurina fronte Papistas omnes in unū, is nunc uni paruæ & infirmæ Cochleæ, cū sit ipse sua opinione maximus & robustissimus Minotaurus, se uicissim prouocanti, nusq̄, nisi forte in triobolari & infami hereticorū spelunca, cōgredi audeat, prouocatus corā cohorte sua Vuormatiæ in suo diuersorio, prouocatus & nunc publice in facie totius ecclesiæ. Quid ad hæc dicitis uiri Lutherani? quid mulieres Lutherishec? Vitulus uester, qui ante trienniū (ni fallor) Mille colla magnificis uerbis offerebat, nunc uim Cochleæ ne unū quidē collū offerre aut opponere sub iudicibus audeat. En uobis, pellem, pro pelle, collū pro collo, caput pro capite. Quid ad hæc uitulus? O fortē Danielelem, Heliā, Ecclesiasten & Euangelistā. Qñ erubescetis tandem o leues & inanes palææ.

Menendaci/  
orū confu-  
tio

Sed mittamus modo seriā, ueniamus ad uestra bacchanalia. Si non est lachrymatus Vuormatiæ uitulus & coram Treuiro & in suo cubiculo, cur muliebriter sudario toties exterisit oculos? Si tantum salis & nasi passus sum a Schurfio, cur ille solus abeunti inde mihi sese comitē per plateas aliquot, usq; ad Monasteriū prædicatorū, in quo mihi erat hospitium, adiunxit, amica inter eundū confabulatione de tuis erroribus & de Philippo uestro colloquens mecū: Si sensi & indigne etiā tuli sales & nasum eius, quod in ipsum retorfi scommat; quo repressi cauillo; an nō represserā pauloante, sub introitū Lutheri, inaniter & superbe cauillantem eius fraterculum?

Lutherus a  
Cochleō ui-  
liter habitus

Certe q̄ nō fuerim inter eos pavidus (quāuis p̄ter nepotem meū puerū, nemo partis meæ adesset) uel eo argumento cōsyderare potuerunt, q̄ Lutherū, quem infamē & excōmunicatum Hæreticū sciebam, nulla unq̄ honoris præfatione, nullo (ut alias sit & ego alijs facere soleo) titulo, nullo blandiori responso cōpellare dignabar. Qñ enim dixi Reuerende Pater; qñ Eximie dñe Doctor; Absit, ut unq̄ sic loquar notorio Hæretico. Nā & coram Treuiro nolui eū sic alloqui, licet occulte optarim, Archiep̄o, quem utiq; reuerebar, animū hunc meū, quo adeo uilliter habebam in colloquio Lutherum, notum esse.

Prouocatio  
ad æquale pi-  
culū

Cæterū de publica fide calumniā uestram diluā (si opus fuerit) ædificatione illius colloqui, quod mox reuersus inde hic ad antiquissimū amicum meum, dū recens adhuc erat mihi eius rei memoria, scripsi. Hic breuis esse cupio. Sciunt profecto, qui aderant, q̄ semel tantū prouocauerim eū, ut ad æquale periculū disputaret. Quod certe fieri nō potuisset, nisi & ipse ex promissa securitate in æquale mecū periculum descendisset. Atq; ut sic eū prouocarem, in causā fuerat falsa Doctoris cuiusdā de ipso iactantia, q̄ scilicet paratus esset Lutherus, fidei publicæ renunciare, si quis cū ipso disputare uellet. Quoties uero prouocaui eū deinceps.

ibidem, ut absq; omni periculo mecum disputaret, modo ferret iudices?

O foetida iniquitatis & mendacij uasa. Si salua ei tunc permanebat fides publica (uti reuera pmanit) cur sceleratissimo nup mendacio scripsit ad Bohemicū Schlik, contra Regem Angliæ, q; Vuormaciã ingresus sit, etiã cum sciret sibi uiolarã esse a Cæsare fidem publicã? Si disputationẽ non recusauit, cur crebrius instanti mihi tandẽ demissis cū rubore oculis submissiori uoce & pene in aurẽ, Teuthonice dixit, Ego nolo nunc facere? Si tanta fuit ibi mea absurditas, cur post recusatã disputationẽ, iussu comitis assidentis, abduxit me seorsum a turba in suũ cubiculũ? cur nõ potius exhibauit? cur abire nõ iussit? suum enĩ non meũ erat illud diuersoriũ, O leporem uitulinũ uitulũq; leporinũ, q̄ libenter tacuisset ea de re, si tacuisset & ego. Ipse enĩ per integrũ fere biennium (tandiu enĩ nulla mihi fuit ædendi cõmoditas) hac de re siluit, nullo in me interim cõuicio debacchans.

Recte itaq; scripsit in eplã ad Colonienſes Prudentissimus Pontifex noster. Et oĩno (inquit) uix adduci possumus, ut credamus, quẽq; ex scatoribus eius reperiri, qui nõ potius malitia, uel noxiæ libertatis ab illo promissæ desyderio, propriaq; concupiscentia, uel aliena rapiendĩ cupiditate illectus, potius, q̄ simplicitate deceptus, in huius hæresiarchæ sententiã cõcesserit. Hæc Pontifex. Et quidem uerissime. Si enĩ aueret nũc tot mendacijs timiditatẽ illam Vuormaciẽsem, quã adhuc hodie confitear, dũ non uult nisi ad ostentationẽ sub publica fide disputare, excusare. Quid possum de tot eius cõplicitibus, q̄ tũ præſentes fuerũt & scĩũt, q̄ egregie nunc mentiat, aliud cogitare, q̄ quod scribit hic sanctissimus pontifex noster.

Quod autẽ gloriã uitulus, me non totum Lutherũ aggressum esse, respondeo nũc uerbis Eccij, quẽ Lipsie audiuit uitulus, ut habeant bacchantes isti Saxobohemici, quo latius Pulmonẽ in risum distendant. Totũ, inq; Lutherũ aggressus sum, sed nõ totaliter. Totũ, quia omnes eius uires prouocauĩ, nõ totaliter, quia impossibile foret mihi, oēs eius hæreses ita reprobare, sicut reprobauĩ tres primos impie assertionis eius articulos. Credo enĩ futuros fore plures libros, si oēs eius errores ita sigillatim cõfutare deberẽ, q̄ sint oēs Libri Ambrosij Hieronymiq; & Augustini. Et priusq; cõtra singulos hoc mō scriberẽ, inueniret illi terea triplo aut decuplo plures. Satius est igit totã hanc Hydrã semel exurere, q̄ singula eius capita singulis libris recidere. Quid autẽ habet circa primũ illum suũ articulum in omni sua assertionẽ, quod nõ tetigerim atq; etiam cõfuterim & dissoluerim? Totum igitur Lutherum atque etiam totaliter, quantum ad tres illos articulos primos attinet, non solum aggressus sum foeliciter, sed & bene iuuante Christo, conuici atq; confeci, & ita quidẽ pstrauĩ, ut nunq; liceat ei ad eos resartien-

B ij

33  
Sceleratũ  
Luth. men-  
daciũ in Cæsarem.

Verba Adri-  
aui Papæ vi.

VIII.  
Aggressus  
totũ Luth-  
erum.

dos, me u'uo, in pedes resurgere.

Hæc dico Nefene, nō ut me aliquē esse putē, sed ut intelligat minax Mi notaurus tuus, q̄ cōtemptibilis ipse sic huic tam paruæ Cochleæ, quæ adeo secure sub tot scripturarū Patrumq; & Conciliorū armis, quæ ne ferreæ quidē aut flāmæ quorumcūq; Taurorum unguulæ perumpere ualeant, latitat.

Palinodiā canit Luth.

Et cur eū timere, qui mox, ut serio respondere incipit, palinodiā mihi cantat? An id neges Nefene? Non potes profecto, si modo breuem Titulū libri mei & articulū nudum Lutheri uel per transfennā (ut aiūt) inspexeris. Ego enī de gratiā sacramentorū librū meū inscripsi. At Lutherus in articulo istud hæreticū esse asserit, sacramēta scilicet gratiā dare. Hic autē mox totū (quod circa eius articulū impugauerā) recantat & mihi consentit, q̄ Baptismus saluet, q̄ iustificet, q̄ gratiā det, q̄ a peccatis abluet. Quid obsecro uolui ego amplius?

Vitulus sex mensium

Quis nūc amior est paruæ Cochleæ, q̄ iratus paulo ante, instar pueri mobilis. Minotaurus? Sed hoc mirū uideri nō debet, q̄a & ipse nouellus adhuc & recens est uitulus, nō senex Taurus ut uir, sed semiannulus adhuc Minotaurulus, ut puer. Iuuenulus, nondū iuuenus, bubulus, nondū bos pfectus. Nam uix dū transierunt sex menses, q̄n repertus est in utero uaccæ.

IX

Quæ autē addit decem saluatores, nec id quidē libro meo, sed articulo ipsius contrariū est. Cæterū ludicra & ridicula eius aduerbia digna nō sunt, neq; ut recipiant, neq; ut frustra redarguant, sed ut potius simul cū ipso risu in uacuit̄ aera transmittant. Nā & uitulus ipse ubiq; fere loquitur mugitiue, boatiue, bubulatiue, nugatiue quoq; & maniatue, criminatiue, item & calūniatiue, atq; ut denariū quoq; numerū compleamus, mutatiue, turbatiue, fraudatiue.

X

Nūc uideamus (modo tu Nefene hanc mihi licentiā a uitulo tuo impetres) quale nā sit illud eius margaritū, ut iactitat) quo indignus, ceu porcus, est Cochlæus. Quid mirū? Hic enī modeste & humiliter (ut mittit) rationē uult reddere dicti sui de sola fide. At nūc antea sic humiliter & modeste, sed semper uitulatiue & luderatiue rationē reddere audiuit eū infortunatus Cochlæus.

Nota Luth. humilitas & modestia

Quæ est autē tā grandis huius nouæ humilitatis & modestiæ causa? Quia admonuit eū nup, & ad oculū ostendit Cochlæus, nūcq; haberi in Paulo. Nos sola fide iustificari. Cur ergo admonitor iste, adeo fidelis & opportunus, qui eū ab isto tā crasso errore (quem tñ ipse intra totū Quinquenniū neq; per sese neq; p tot socios suos, q̄libet oculos, unq; uidere aut aīduertere potuit) liberauit, ceu porcus, habet ab ipso indignus, ut margariticā hanc rationē audiat? Quia timet astutus iste uitulus, ne cornua sua erigat in ipsum, paruā qdē, sed animosa ista Co-

chlea, ut ei uelut falsario Pauli blasphemo insultet, eūq; sacrilegæ imposturæ redarguat, q; falso isto p̄stigio tam diu ludificauerit totū (ut ipse putat) orbem, q; impijssimā tæpe dixerit in sacrā Iacobi A Epistolam blasphemiam, ob id, quia negat in ea uel aptissimis uerbis, iustificari nos sola fide, q; dç; in plerisq; libris suis negauerit eā ep̄lam Iacobi esse, hic uero sua sponte Iacobi esse confiteatur, quando dicit, Teste Iacobo.

Vitulinus  
deus

Sed si tu mihi Nefene gratiam & aures audiendi a uitulino isto deo tuo fidelis intercessor impetraueris, condonabo ego ei, ut audire mihi liceat, istud interim falsi crimen in Paulū ab eo admissum, sacrilegij p̄te rea cōtumeliæq; & calūniæ atq; etiā blasphemiam, quibus in beatū loco bñ impie ægit, nō memorabor, si me q; hoc suo margarito beauerit, ut sim dignus audire uerbū dei.

XI  
Calumniæ et  
blasphemiam  
in Paulum

Primū, inquit, conatus sum reddere q; potui clarissime uim Paulinæ sententiæ, quā Sophistæ diuturno ac sacrilego uerborū abusu penitus obscurarūt. Sed o Nefene quomodo credā hoc esse uerbū dei ueri, cū nihil hic audiā, nisi calūniæ & cōuitiæ; addo & mendacia, Nā circa articulū suum, quē liber meus impugnat, nō hoc agere uoluit, cū non scriberet in Paulū cōmentarios, sed sacrilego ausu sacramentis nouæ legis gratiā adimere tentauit, quā nunc per me correctus, confitetur. Non igit hic uerbum dei, sed boatum uituli audio.

Deinde ait, Nā ubi ad Romanos de fide & operibus disputat, aduersus iustitiā operū certe id uehementissime urget, ut iustificatione operibus in totū adimat, & soli fidei tribuat. Sed neq; hic, o Nefene, uerbū dei audio, quin potius meras in Paulū calumnias & blasphemias dici puto. Cur ita quia neq; opibus iustificationē in totum (at mentis uitulus) adimit Paulus, neq; eā soli fidei tribuit. Hoc faciens, loqueretur non solū contra Christū & Iacobū, sed & generaliter contra oēm scripturā Legis & Prophetarū, Euangelij item & quicquid est Canoniarū ep̄larū. Id si non uolueritis credere, rogate me, ut proprio & bene longo libro ad oculos uobis demonstrarem, non aliā a uitulo mercedē postulaturus, q̄ eā, quam p̄ isto primo libro meo mihi hic reddidit, hoc est, ut palinodiā canat, atq; errorem suū retractet. Nolo enī & ego mortē peccatoris, sed magis ut cōuertat & uiuat. Hic aut breuis esse debeo, nā & uestra breuicula est responsio.

Ezech. 18.

Satis fuerit itaq; ex hac ipsa Pauli ep̄la contrariū sententię uestræ ostendere. Ait ergo, cap. 11. Gloria aut & honor & pax omni operanti bonum, Iudæo primū & græco. Quid putas Nefene? Est hoc aduersus iustitiā operum (ut blasphemæ calumniat uitulus) disputare? Est opibus iustificationem in totū adimere? Nunquid gloria & honor & pax (ut precatur & optat omni operanti bonū Ap̄tus) est aduersus iustitiā operū; Nunquid sine iustificatione? Sed audiamus, quomodo statim adhuc

Ro. 2.  
Non reijcit  
opera bona  
Paulus, ut  
Lutherus

B ij

Iaco. 2.

Ro. 2.

clarius contra uituli blasphemiam subiungat. Non enim auditores (inquit) legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabunt. Item qui in lege gloriaris, per prauaricationem legis deum in honoras: Quid uos ad ista dicitis Theologi uitulini? Nonne ex operibus quoque iustificatus homo (ut hic optime & apertissime consensit Iacobo Paulus) & non ex fide tantum ut mentis uitulus? Itē adhuc manifestius paulo superius contra uos ita dicit idem Ap[osto]lus. Deus reddet unicuique secundum opera eius. His quidem, qui secundum patientiam boni operis gloriam & honorem, & incorruptiōem querentibus uitam eternam. Quid obsecro apertius contra uos dici quæat, quā hic dicit Paulus? Ecce iam tempus est, si breuis esse uolo, ut al legare desinam, productis iam tot contra uos locis, quod uitulus contra nos & ueritatem produxisse uideat, & tamen ne unum quidem illius epistolæ caput adhuc excussit aut delibauit totum. Quanta igitur putas ex uniuersa illa ipsa epistola, ad contumendum uituli os mendax & blasphemum, testimonia produci queant? Certe, si non esset usque adeo superbus, quod solus uult sapere, & suæ tantum prudentiæ inniti, longe aliud huius epistolæ, quam proponit hic, argumentum apud sanctos & antiquos scripturarum interpretes inuenisset, quā ipse fingit.

XIII  
R[ati]o ad ob  
iecta Luth[er]i.  
Ro. 3.

Nolo igitur amplius sic falso blasphemum mugientem uitulum audire tacitus, sed conuictis iam (ut audisti Nefene) blasphemis eius, per quas hæreticum sensum suum uolebat imputare Paulo, respondeo breuiter ad uerba Pauli, ab eo adducta. Ex operibus (inquit) legis nemo iustificatus.

Quæstio de  
obseruat[i]o[n]e  
legis.  
Act. 15. & 21.

Accepto uerba Pauli, uituli sensum non accepto. Cur ita? Quia uitulus intelligit hæc uerba generaliter de omnibus operibus fidelium. Cum Paulus dicat solum de operibus legis. Legis inquam Iudaicæ, non Euangelicæ.

Nam illis temporibus grandis erat (ut uidere licet in Actibus Ap[osto]lorum) inter Christi fideles quæstio, de legis obseruatione. Et obtinuit Paulus, apud Ap[osto]los & seniores in concilio, non oportere iugum legis imponi iis, qui ex gentibus in Christum credebant. Loquitur itaque & in hac ad Romanos, & in alia ad Galatas epistola, de operibus legis Iudaicæ, quæ non erant ad salutem necessaria credentibus in Christum. Cæterum aduersus iustitiam operum legis Euangelicæ nusquam disputat aut loquitur, sed bonis operibus attribuit gloriam, honorem, pacem, mercedem denique a deo uitam eternam. Iam uides opinor, quod facile repellantur hac una solutione omnes, impotentis uituli huius contra bona opera, insultus, crepitus & mugitus.

Ro. 3.  
Aliud est si-  
ne operibus  
Aliud sine o-  
peribus legis.

Nam quod secundo loco ait. Arbitramur hominem iustificari ex fide sine operibus legis. In eandem sententiam, quam diximus, dictum esse accipio. Non enim simpliciter dicit sine operibus, ut contendit uitulus, sed ait, sine operibus legis. Nec dicit ex sola fide, ut falsarius ait uitulus, sed simpliciter & sine addito dicit ex fide, quæ scilicet charitate & bonis operibus est adornata & instructa fides enim sola, sine operibus, mortua est in semet

Tertio ait. Oēs peccauerunt, & uacui sunt gloria dei, gratis autē iustificati per fidē &c. Hic nō solū est alienus & adulter sensus, sed etiam falsarius & stilus scelerati & sacrilegi huius uituli. corruptor Neq; enī nostra antiqua, neq; noua Erasmi translatio sic habet, ut allegat iste uitulus. Vtraq; autē interpretatio hic per oīa concordat, nisi qd pro hoc uerbo, egent, Erasmus posuit hoc uerbū destituunt. Sic ergo habet textus noster. Omnes enī peccauerūt, & egent gloria dei. Iustificati gratis per gratiā ipsius, p redemptionē quæ est in Christo Iesu. An uero est in hac autoritate ullū uerbum cōtra bona opa, aut de sola fide? Vitulus tñ attulit, ut numerosus uideret allegator. Atq; ut nequitia et malignitas eius lateret, ea usus est cautela, q nō designauit locū, in quo nam capitulo sic scripserit Apłus, quīs oīm longissima & difficillima sit ista Pauli Epistola.

Quarto ait, Et Ro. 14. Peccatū est, qd nō ex fide est. At neq; hic cōtra bona opa, aut de sola fide ( qd probare nitit uitelus ) uideo quicq; Nisi forte uelit nos uolētus iste Bubulus cogere, ut credamus, ubi cōponat in scripturis hæc uox fides, ibi mox uitulina autoritate addamus hanc uoculā sola. Sicut fatue affert exemplū de deo creante. Nos autē a solaris isto tauro nequa q uolūus ita cogi. Videbitis itaq; ppediē q; egregie lauet uitulo uestro informē & male cornutā cucurbitam notius quidā aduersarius uester, circa hanc propositionē Pauli, quā uitelus cōtra Monastica uota primo posuit loco. Dū stulte interim gloriai ipse, oēs Papistas & Monachos a se pstratos iacere. Et cū prælium uix dum bene sit inceptū, ipse mox canit sibi Encomium.

Quinto ait, Deniq; hoc cōfirmat potētissimo exēplo Abrahæ, q iustificatus est nō ex circūcisione, sed fide ante circūcisionē. Sequit ne hinc Nesene, aut bona opa fidelitū nihil esse corā deo, aut sola fide iustificari nos Christianos? Sequit quidem uolente deo uitulino. At nos nō sumus Aegyptij, ut in uerba uitulini dei iuremus. Non enī oportet, si Abrahā non est iustificatus ex circūcisione aut ex ullis opibus legis iudaicæ, q; properea ex nullis opibus bonis fuerit iustificatus.

Hæc enī sunt uerba B. Iacobi. Abrahā (inquit) pater noster nōne ex opibus iustificatus est, offerens Isaac filiū suum sup altare? Vides, quo modo fides cooperabat operibus, & ex opibus fides cōsumata est &c. Qualē obsecro triumphū de nobis acturus esset uitelus Nesene tuus, si usquā in oibus libris suis tā apertis scripturæ uerbis nos uel semel cōuicisset? Nonne propter hanc usq; adeo aptā confutationē suæ impietatis in plerisq; libris suis negat (quod tamen hic mihi confitetur) epistolam illam B. Iacobi esse?

At dixerit suffugij loco, fugitiuus meus, Abrahā ante circūcisionē iustificatū esse, filium aut obtulisse post circūcisionē, Quid tū; Nusq; iectio

Solaris Luth. a sola fide.

Argumentū Luth. de Abraham. Ro. 4.

Iac. 2. Abrahā ex opibus iustificatus.

Friola obiectio

Gen. 12.

Peruersor li/  
teræ Luth.

Ro. 4

XIII  
Mendacium  
Luth. in Pau  
lū de sola fi  
de.

Ro. 2.

Ro. 2.

XV  
Aliud Lu  
theri in Pau  
lum de sola  
fide menda  
cium.

tamen dicit scriptura aut Ap̄tus, Abrahā sola fide (quod solarius ait ui  
tulus) iustificatū esse. Nā & ante circuncisionē multa bona opera fecit  
Abraham, & nunq̄ legitur solam habuisse fidem.

At non est hic quoq̄ contentus uitulus, sensum Apostoli p̄uertisse,  
nisi etiā sacrilego ausu peruerterit eius uerba. Ait enī Negatq̄ eū ha  
bere gloriā corā deo, si ullis opibus sit iustificatus. Quid obsecro blas  
phemius dici queat? An nō repugnat his uerbis uniuersa scriptura? Et  
tñ audet ea fuscifer meus ascribere Paulo, quem supra ostendī, in hac  
ipsa ad Romanos ep̄la, tribuere opibus bonis gloriā honorē pacem  
& mercedem corā deo. Verba aut̄ Pauli, q̄ sceleratissimus iste scriptu  
ræ adulterator peruertit, sunt ista. Si enī Abrahā ex opibus legis iusti  
ficatus est, habet gloriā, sed nō apud deū. Ecce Paulus ait, ex opibus le  
gis, Peruersor ꝑ̄o ait, ex ullis opibus. O uerberonē sacrilegū. Tāq̄ uero  
leue crimen sit hoc peruersionis sacrilegiū, addit maxime blasphemū  
contra sanctū dei Ap̄tm mendaciū, dicens. Tu nunc uide, an nō Paulus  
uehementius asserat, sola fide nos iustificari, q̄ ego. Vidimus certe iā  
Nesene, q̄ in allegatis ab eo locis hoc nusq̄ dicit Paulus. Aut igit̄ canat  
mihi & hic palinodiā, aut aliunde ostendat Paulū dicere, nos fide sola  
iustificari. Sed ait uitulus, Dicere, opa nō iustificat, sed fides iustificat,  
certe robustius affirmat solā fidem iustificare, q̄ si dixeris, sola fides iu  
stificat. Ego uero id nego, etiā si decies diceret mihi uitulus certe. Nā ꝑ  
ter fidem & opa sunt adhuc alia, uti iam pridē co necesse mihi recantans  
uitulus, quæ iustificat. Infantes enī iustificat (fatente nunc contra ar  
ticulū suum Luthero) Baptismus, qui tamen neq̄ fidem neq̄ opa ha  
bent propria. Et nos supra redarguentes falsariū falso allegantē, ita di  
ximus ex Paulo. Iustificati gratis ꝑ gratiā ipsius, ꝑ redemptionē quæ  
est in Christo Iesu. Vides igit̄ Nesene, q̄ minime sequit̄. Opera nō iusti  
ficant, ergo sola fides iustificat, quia iustificat etiā baptismus, gratia, Re  
demptio in Christo, Charitas, & pleraq̄ alia, q̄ neq̄ fides sunt neq̄ o  
pera. Iam ne hoc quidē uerum est, q̄ opa nō iustificat, quia dicit Pau  
lus. Non auditores, sed factores legis iustificabuntur. Mentit̄ itaq̄ in  
Paulū sacrilegus scripturæ peruersor. Non enī dicit Paulus generaliter  
Opa nō iustificat, sed specialiter & restrictiue. Opa legis non iustificāt  
Legis scilicet Iudaicæ, ad quā fideles ex gentibus noluit trahi & coar  
Sed adhuc remugit uitulus, dicens. Cōtendit enī Pau (tari Paulus.  
lus contra opa & iustitiā legis, & prorsus in re cōscientiarū uersat̄. Vbi  
sola fides totū est, opera nihil sunt, imo opa fructus sunt iā iustificatę ꝑ  
fidē arboris, ut etiā iuxta cōem sensū impossibile sit opibus iustificari.  
Du liebs Falp, wie bistu so weys. Dic quæso. Vbi dicit Paulus, q̄ in re  
cōscientiarū sola fides totū est, opa nihil sunt? An non dicit hic. Deus  
reddet unicuiq̄ secundum opera eius? Vbi aut̄ dicit, Reddet deus uni



20  
tuncq; secundum solam fidem eius? An nō scribit ad Corinthios. Et si habuero oēm fidem, ita ut montes transferā, charitatem autem non habuero, nihil sum? Vbi autē dicit, bona opera nihil sunt? Quod si opera nihil sunt (ut dicis) quomodo sunt fructus iustificatę p̄ fidem arboris? Si sunt fructus, q̄modo nihil? Nū deus mercedē reddet secundū nihil? O sapientē uitulū, qui audit uerba Christi per fidē, & nō facit ea p̄ bona opa. Nonne uero similis est stulto, q̄ ædificauit domū suam sup̄ harenā? Et uenit una parua Cochlea irruens in domū illam, & cecidit, &

At nō sentit Maniacus iste uitulus, tā grauē (fuit ruina eius magna, domus suæ ruinā, nec uidet, q̄ armato suo patri, Tauro Vittēbergenfi, a Mœni ripa fortior supuenit armata Cochlea, quæ uicerit eū, uniuersa eius arma auferens, in quibus tantopere confidebat ipse.

Ait ergo triūphabūsus iste uitulus. Proinde satis ridiculū est, in hūc modū cauillari. Sola fides iustificat, ergo spiritus sanctus nō iustificat, Vel spiritus iustificat, ergo nō sola fides, Cū his disputationibus nunc nō sit locus, sed de fide & operibus tantū sit quæstio, an iustificationis quicq; sit opibus tribuendū, quibus cū nihil tribuat Ap̄t̄s, soli fidei

Quid hic dicat parua Cochlea magno isti Bo- (absq; dubio asserit, hemicæ Paspheas filio? cedat ne cū fugitiuis suis corniculis Triūphatori huic uitulo, tā secure ridenti & lasciuienti, p̄fecto nō faciet, sed erectis corniculis irruet in caput eius, & exutū palmata cucullari, deijciat eum p̄ præceps e curru triumphali in terrā. Heus tu igitur triūphator uitule. Cur nunc his disputationibus nō est locus? Nonne iam sæpe ad oculū ostendi tibi, q̄ Paulus nō dicit (ut mentiris tu) Solā fidem iustificare? Cum igitur sis hic toties a me cōuictus de crimine falsi, de sacrilegio, de blasphemia, de mendacio & impietate, cur tibi arrogas triūphū? Quin cede potius uictrici Cochleæ & inglorius descende de scende de curru triumphali, ut ascendat corniculata, & fortius q̄ tu armata Testudo, de te iustū, p̄pter cantatā palinodiā, actura Triūphū, Non tibi cōuenit Epinicon aut Encomiū, sed tristis murmura tecū illud Tauri Virgiliani carmen.

Victus abit, longe q; ignotis exulat oris

Multa gemens, ignominiam, plagasq; superbi

Victoris.

Cur ergo nō ualeat hæc argumentatio seu (ut tu uocas) disputatio. Sola fides iustificat, ergo spiritus sanctus nō iustificat? Nonne bene ualeat. Solus deus creat, ergo homo nō creat, ergo angelus nō creat, ergo uitulus nō creat, ergo quicquid nō est deus nō creat? Cū igitur iustificet, reipso confitente & cōsentiente, etiā spiritus sanctus, Christus, Baptismus & alia, quæ fides nō sunt, falsum est utiq; q̄ sola fides iustificet Vbi nunc manes uituline Triūphator?

Sed incipit nunc blandiori mugitu suū excusare errorē uitulus. Ego

C

1 Corin. 13.

O sapientē uitulum. Math. 7.

XVI Luc. 21.

Ridiculus Lutheri triūphus

i. Saxocohef mico Nino tauro.

Deiectio triūphantis uituli.

Virg. 3. Ge.

**XVII** cōtē meis, inquit, assertionibus hoc egi, dū soli fidei iustificationē tribui, ut impia studia Sophistarū & Monachorū confutarē, qui totū orbem seduxerunt in fiduciā operum. Sciebā, inquit, eos nō negare, saltē uerbo, iustificationem per Christū, per Baptismū, per spiritū contingere. Sed uidebā eos negare, solius fidei esse iustificare, opibus uero totā fere gloriam iustificationis tribuere. Ecce quanta & q̄ insolita nunc uultū modestia, ut parū absit, quin taurinū mugitum in uidiui turturis gemitū immutauerit. Nō debet profecto Cochlea a deo dura & inhumana esse, ut sic gementem nō mitius, q̄ antea, tractet.

Mitior s̄a disputatio  
Esa. 5.

Non fero igit̄ ægre, mi uitule, si confutes quorūcūq; studia impia. Sed cautus sis moneo, ne forte tibi complicibusq; tuis dicat dñs apud Esaia. Væ qui dicitis malū bonum, & bonū malum, ponentes tenebras lucem, & lucē tenebras, ponentes amarū in dulce, & dulce in amarū. Væ qui sapientes estis in oculis uestris, & corā uobismetipsis prudentes. Reperiunt̄ quidē & apud Monachos, quēadmodū apud alios quoq; hoīes, multa peccata & impia studia, sed ea melius in secreto confessionis & in uirga capitulari corrigunt̄, q̄ in publico ad scandalū infirmorū. Quot enī putas Laicos iā totum Quinquenniū p̄ te grauissime peccasse & offendisse deū, odio & detractione atq; etiā iniurijs & irrisiōnibus cōtra Sacerdotes Christos dñi, de quibus dñs ipse ait. Qui te tegerit uos, tangit pupillā oculi mei. Et alibi. Nolite tangere Christos meos. Et David rex ad Abisai, Quis (inquit) extendet manū suam in Christū dñi, & innocens erit: Nimis p̄fecto barbarū & irreligiosum est ac plane Tabariticū & Pighardicum, tot cōuicijs, cōtumelijsq; & calūnijs infectari eos, quos tot annis habuisti fratres & patres.

Zach. 2.  
Psalm. 104.  
1. Reg. 26.

Fiducia operū in christo  
Ro. 11.  
2. Cor. 3.

Neq; usq; adeo male interpretanda est pia operū fiducia in Christo. Scimus quidem ex Paulo dici cuiuslibet nostrū. Tu autē fide ista, noli altū sapere, sed time. Ait nihilominus idem Apostolus, fiduciam autē talentam habemus per Christum ad deū, non q̄ sufficientes simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex deo est. Et iterū. Vnusquisq; autē propriā mercedem accipiet, secundū suum laborem. Dei enim sumus adiutores.

Iniuris & in cōstās Luth

Et si sciebas, nos recte cōfiteri iustificationem per Christū spiritum & baptismū. Cur in articulo tuo hanc sententiā nostram hæreticā dixisti? Tm̄ uero abest, ut totā iustificationis gloriā tribuamus opibus nostris, q̄ etiā humilima prece dicimus cū Daniele sanctissimo. Neq; enī in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuā, sed in miserationibus tuis multis. Et cū Ap̄lo. Quid habes, quod nō accepisti? Si autē accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Parum igitur constat tibi bone uitule excusatio tua.

Dan. 9.

1. Cor. 4.

**XVIII.**

Mirū est autē, q̄ nō censes disputandū esse, saltē hac (ut inquis) ho-

ra, tū illis, qui per oīa legis in Paulo, non oīa opera, sed tantū cerimo-  
nialia intelligunt. Cū p̄ter te nemo tā absurde oīa bona oīa pro nihilo  
existimet. Et iā sepe audieris, quantū tribuat opibus bonis ipse Paulus  
Et uelis nolis triūphamus solaritatē tuam, & te de sola fide uane & si-  
ne Pauli oīsq; scripturæ testimonio balbutientē traducimus. Et obie-  
ctionem tuā de circūcisione ridemus, quia & ipsa, uel præcipuū, opus  
legis est & inter ceremonialia primatum tenet.

Opera legis  
opera ceri-  
monialia

Sed neq; eā excusationem admittimus, quā ad dictū B. Petri adfers  
longe enī plus uirtutis, dignitatis, & efficacīe tribuendū est Baptismo,  
q̄d nos (Petro testante) saluat, q̄ ut sit ceu signū externū, p̄ q̄d puoceī  
(ut ais) & exerceat fides, q̄ saluat. Saluat enī baptisumus infantes, q̄s utiq;  
nō potest, defectu ætatis obstante, puocare & exercere, ceu signū exter-  
nū, in fide. Quomō enī habeant infantes fidē propriā, qui neq; corde  
credūt (ut ait Paulus) ad iustitiā, neq; ore cōfitentur p̄ sese ad salutem?

XIX  
Baptismus  
saluat.  
1. Pet. 3.

Satis uero ridiculū est, q̄ ais, frustra me corrasisse cor Patrū dicta, q̄-  
si uos in hoīm uerba cogere uelim. Cū manifestissime cōstet cuiq; librū  
meū de gratia sacramentorū inuenti, nullū oīno (nisi forte primū exci-  
pi oporteat) foliū esse per totū librū, q̄ scripturæ testimoniū non ha-  
beat. Quot enī folia occupat sibi uel unus Paulus? Quid tu ad dicta eius  
respondisti? Patres autē, quos adduxi, etsi p̄ sese fide dignissimi sunt, tū  
sine scripturis non loquunt. Et tu nullis scripturis ostendis in paruulis  
baptisandis fidem propriā, qua actu credant esse. Id ubi aliqñ taceris,  
prouocabis nos ad uberiorē responsionē. Et nūc satis tibi negocij fore  
arbitror de puulis, ut alterū tuū articulū, a me impugnatū, tueri possis.

Ro. 10  
XX  
Mendaciū  
Luth. in Co  
chlaum.

Quod autē ais fidē esse ipsam graciā, friuolū est cōmentum tuū, sine  
scriptura, sine teste, sine rōe, Quo uis igit, ut tibi credā: De gratia enī ita  
dicit Aplus, Grā dei uita æterna. Itē Gratia dei sū id q̄d sum, Itē sufficit  
tibi gratia mea. De fide autē ait, Et si habuero oīm fidem, ita ut montes  
transferā, charitatem autē non habeam nihil sum. Ecce per graciā dei est  
Paulus id q̄d est, p̄ fidem autē sine gratia & charitate ait se nihil esse. Et  
inter has uirtutes manifestissime discernit & differentiā ponit in prima  
ad Corinthios Epistola. Charitas enī nunq; excidit, fides autē in patria  
nō erit, sed loco eius alius donū scilicet clara uisio. Cū enim uenerit q̄d  
perfectū est, euacuabit quod ex parte est. Cūq; tu summā uirtutum sine  
omni teste fidem dicas, Paulus cōtra ait, Nunc autē manent fides, spes,  
charitas, tria hæc, Maior autē horum charitas.

XXI  
Differunt fi-  
des et gratia  
Ro. 6.  
1. Cor. 13.  
2. Cor. 12.

Q̄d friuolū uero est, quod niteris probare, Charitatem esse fruētū fi-  
dei iustificātis, p̄ illud Apli, Gal. 5. fructus spiritus est charitas &c. Cur  
addis tam fraudulenter &c. Ego uero, sine &c. totū illum textū integre  
ponā, ut uideant tui, q̄ inique & illiberaliter agas nobiscū. Hæc ergo  
sunt uerba Pauli, Fructus autē spiritus est charitas; gaudiū, pax, patien-

XXII.  
Dolus Luth  
in allegatiōe

C ij

Luth. cōtra  
uota ppo. 3.

XXIII  
Prouer. 22.

1. Pet. 4.  
1. Cor. 13.  
1. Iohan. 3.  
Iac. 1.

XXIII  
taurina frōs  
Luth.

ria, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo. FIDES, modestia  
cōtinentia, castitas. Aduersus huiusmodi nō est lex. Ecce uitule, Paulus  
ait, fructus autē spiritus est charitas. Tu autē peruerso sensu, nō per uerba  
Pauli, sed per cōmentum & figmentū tuum, ais, fructus fidei iustifican  
tis est charitas &c. Vt autē recte aperias oculos uitulinos, possisq; uide  
re, fidē quoq; a Paulo cōmemorari inter fructus spiritus, ascripti eam,  
in obsequium tui, literis grandioribus. Cū dicas igit fidem informem  
somnia esse, atq; in scripturis non haberi, necessario habes dicere, qd fi  
des sit fructus fidei. Idem scilicet sui ipsius, ut noua generatione, qd nec  
deo nec hoibus neq; naturæ cognita est. Idem sit fructus sui ipsius, hoc  
est, ut idem generet seipsum.

Q; autē sugillando charitatē, ut ei præferas fidē, aliter exponis uerba  
Petri, qd nostri doctores sancti. Atq; ita contra scripturā, transgredis  
terminos antiquos, quos posuerūt patres tui, nō me grauius mouet,  
tū quia ita soles, Tū quia hæc tua expositio nullā in se habet (quantū  
prima uerba sonant) impietatē, Tū etiam, qd inde cognoscere licet, ne  
umbrā quidem charitatis in te reliquā esse. Id modo admonuerim, im  
pie agere te in hoc, qd cōtra expressa uerba Petri, Pauli, & Iohannis, & Ia  
cobi, fidem p̄fers charitati, Petrus enī ait. Ante oīa autem mutuā in uo  
bismetipsis charitatē continuā habentes, Paulus uero adhuc apertius  
(ut paulo superius allegauimus) ait Maior autē horum charitas. Et Io  
hannes, Filioli (inquit) mei, nō diligamus uerbo neq; lingua, sed ope  
& ueritate. Iacobus deniq; ait. Estote autē factores uerbi, nō auditores  
tantū, fallentes uosmetipsos, & qd sequunt pulcherrime. Tu autē uitule  
ais, in re conscientiarū fidem esse totū, opera uero nihil. At uelim, ut se  
mel nobis ostenderes, ubi hoc sit scriptum.

Q; uero ridiculū est, quod subdis, His (inquis) credo satis esse rō  
sum p̄ defensione triū propositionū mearū, a Cochlæo damnatarū. Et  
fortiter manere hoc dogma meū. Sola fides iustificat. Nimis profecto  
durā uitule absq; omni pudore frontē istam tuā taurinam hic reddis et  
obfirmas. Quomodo enī credis, satis responsum esse, in tā breuibus in  
eptijs tuis, pro defensione triū propositionum, a me quidē iustis, ni fal  
lor, libris tribus reprobatarū, sed prius a Sede Ap̄lica damnatarū. Cū  
nō uideris, qn hæc scripsisti, nisi primū ex ijs de gratia sacramentorū li  
brū. Secundus enim tū erat adhuc sub p̄lo Impressorio. Tertius uero  
adhuc hodie retinet hic in arca mea, breui tñ in publicum, Deo uolente  
exiturus. De quo nihil dicā, priusq; ab alijs iudicē, Secundus autē iam  
publicatus est. Tu uideris, quidē ei rñdeas, ne sceleratissimi, quod unq;  
aut usq; contigit in orbe terrarū. Infanticidij & reus & cōuictus habea  
ris. Primū uero, uidisti quidē, sed nō tetigisti. Ad quam enī scripturā  
Authoritatem uel rationē eius rñdisti? Qualiter autē defendis hic

dogma tuū de sola fide, ex hac mea rñsione scire licebit. Crede mihi u  
tule, nō oīs lector est sciolus aut Poeta Lutheriscus.

Quis uero uir grauis non detestetur tuam inconstantiam & mobilitatē,  
qua hic in tā breui libello toties teipsum traducis? Ecce haud ita longe  
a principio admittis mihi, cōtra articulū seu propositionem tuā, q̄ Ba  
ptismus iustificet. Et mox enumerando decē saluatores, cōuictus a me  
uerbo Petri Ap̄li, concedis, q̄ sacramentū saluat. At statim post alterū  
foliū, pōnitentia (credo) impia & Scariothica ductus, ais contra, q̄ nō  
possit ulla pars iustificatioins tribui baptismo. Deinde cōfestim nō be  
ne emenso folio uno, iterū, ui ueritatis impulsus, in sententiā meam ui  
ctus cōcedis, tam imprudens sane ad rectū & immemor tui, q̄ ad cōui  
ciandū prudens, aio pronus & lingua calamoq̄ promptus. Ais ergo,  
Per hoc tñ non oportet negari, quin uerbū, Sacramentū, Christus. Prę  
dicator, Spiritus, & deus iustificet. Sed quid mirū, si in hoc libro, q̄li  
bet breui, ter mutaueris sup una eademq̄ re sententiā. Qui hoc idē sup  
eadē re, ter q̄q̄ feceris prius in uno folio tuæ assertionis: Id q̄d ego tibi  
clarissimē hō oculos posui, circa finē libri mei. Ad q̄d prudenter tacui  
sti hac responsione tua. Quē ergo nō tædeat, tecū, qui usq̄ adeo uariis  
mobilisq̄ & impudens es, disputare? Mihi tñ ferendum est hoc tæditū  
breue æquanimiter, qui p̄ honore patriæ & salute anīarū (quas tu ima  
nissime p̄dere conaris) iam ultra bienniū, in multa patientia & labore,  
fastidia longa pertuli scribendo, q̄uis ædiderim hætenus pauca.

Hæc serio (inquis) dicta satis sint. Reuertamur ad ludentem meā te  
studinem, & coronidis uice uideamus, ut Lutherū doceat Dialect. cā.  
Ego uero mi uitale plus satis iam, uel ad pōnitudinem usq̄, hic tecū lu  
do. si. In libro autē meo de gratia sacramentorū non lusi, sed serio scripsi. Q̄  
serio autē tu scripseris, nescio, scio autē te parū sobrie scripsisse. Cedo igit  
tā ultro tibi de ludo. Ne forte præstet magis quęstiones (uti Paulus Ti  
motheo suo scribit) q̄ ædificationem dei quæ est in fide.

Ne autē oīno inutiliter tecū lusisse hic uidear ne ue minus serio te in li  
bro meo ad singulare certamē, sub Gregoriū, Magni autoritate in eun  
dū, prouocasse credar. Ecce tibi, Coronidis uice, nō lusum cōtumelio  
sum aut inaniter uerbosum, sed sanctā sanctissimi uiri de grā & uirtu  
baptismi (quā tu mobilis arundo, nunc astruis: nobiscū, nūc impie te  
struis tecū) Ep̄lam, Theotistæ, Patriciæ Constantinopolitanæ scrip̄tā  
Non quidem totā, admodum enī proluxa est, sed quantū hic satis fue  
rit. Ait ergo S. Gregorius Papa. i.

Siqui uero sunt, qui dicunt peccata in baptismate sufficiens: di  
mitti. Quid est hac p̄dicatione infidelius? In qua ipsum fidei sacramen  
tū festinant soluere. In quo principaliter ad cœlestis mundiciæ myste  
riū anima ligat, ut absoluta radicatus a peccatis oibus, soli illi inhaereat.

C. iij.

98  
XXV

Sūma inco  
stātia Luth.  
de baptismo  
1. Pet. 3.

XXVI

Desistendū  
ludo.

1. Timos.

Coronidis  
uice ep̄sto  
Grego.

Gre. in regi  
stro lib. 9.  
ep. 39.  
ps. 72.

De quo Psalmista ait. Mihi autem adherere deo bonum est. Certe enim maris rubri transitus figura sancti baptismatis fuit. In quo hostes a tergo sunt mortui, sed alij contra faciem in heremo inuenti. Sic quippe omnes, qui in sancto baptismate tinguntur, eorum peccata propterita omnia laxantur. Quia eis, uelut Aegyptij, hostes a tergo moriuntur. Sed in heremo alios hostes inuenimus, quia dum in hac uita uiuimus, priusquam ad promissionis patriam pertingamus, multae tentationes nos fatigant, & ad terram uiuentium tendentibus iter intercludere festinant. Qui ergo dicit, peccata in baptismate funditus non dimitti, dicat Aegyptios in mari rubro non ueraciter mortuos. Si autem fateatur Aegyptios ueraciter mortuos, fateatur necesse est, peccata in baptismate funditus mori. Quia nimirum plus ualet in absolutioe nostra ueritas, quam umbra ueritatis. In euangelio dominus dicit. Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet, sed est mundus totus. Si igitur peccata in baptismate funditus minime dimittuntur, quomodo is, qui lotus est, mundus est totus? Totus enim mundus dici non potest, cui de peccato aliquid remansit. Sed nemo resistit uoci ueritatis. Qui lotus est, mundus est totus. Nihil ergo de peccati sui contagione remanet, quem totum fateatur mundum ipse qui redemit. Haec Gregorius. I. noster Agonotheres.

Peroratio ad Nefenū.

Ioh. 13.

Satis uicula  
tū iam a Lu  
the, esse  
Ro. 2.

Dic tu quæso Nefene uicula isti tuo, satis superque iam ultra Quinquenarium ab eo uiculatū esse, ut ludere desinat, dum iuxta cognomen suum pro ludione Iubei & toleratur adhuc. Ne cum Paulo dicamus ei hodie uel cras Existimas autem hoc, o Homo semiuitule, qui iudicas eos qui talia agunt, et facis ea, quia tu effugies iudicium dei? An diuitias bonitatis eius, et patientiae, & longanimitatis contemnis? Secundum autem duriciam tuam & impoenitens cor, thesaurizas tibi iram in die irae & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet unicuique secundum opera eius.

Gen. 21.  
Ismaeliticus  
ludus Luth.

Nam quod inter ludendum, dum Ismaelitice mecum ludit, tot in me conuicijs & improperijs debacchat propter unicum dictum de sono scripturae, nihil profecto est quod metuam. Quis enim ipse, instar auidi culicis aut improbae muscae, totum corpus libri mei percurrens, quaesierit, quod aroderet morfu illo suo amarissimo, dum diligentissima uenatōe ulcerosum aut scabrum aliquid in corpore uideuiginti Quaternionum inuestigaret, ita tamē glabra, plana, & sana (Deo sit laus & gratiarum actio) inuenisse putandus est omnia, ut nihil quod morderet, exquirere aut reperire potuerit, nisi haec tria, De sola fide, De consequentia asini, & de sono scripturae. Quid uero de sola fide lucratus iam sit, superius audiuisti.

XXVII  
Consequen-  
tia asini.  
XXVIII  
De sono seu  
litera scri-  
pturae

De consequentia asini non est quod respondeam, cum & ego eam non probauerim, & inde consimilem argumentationem eius reprobauerim.

De sono autem seu litera scripturae, alibi, ut uidebitis propediē, satis diffuse tractauimus, Hic breuiter dixisse satis fuerit, quod ait Paulus, ad Ro.

Ut seruiamus in nouitate spūs, & non in uetustate literę. Itē, Rogo uos fratres, ut obserueris eos, qui dissentiones & offendicula, præter doctrinam quam uos dedistis, faciunt, & declinate ab illis. Huiusmodi enim Christo dño nostro nõ seruiunt, sed suo uentri, & p dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium. Et in prima ad Corinthios Sermo (inqt) meus & pdicatio mea, nõ in psuabilibus hñanę sapientię uerbis, sed in ostensione spiritus & uirtutis, ut fides uestra nõ sit in sapientia hoim, sed in uirtute dei. Et post pauca. Nobis aut̃ reuelauit deus per spiritũ suum. Spiritus enĩ oia scrutatur etiã profunda dei. Anĩ malis aut̃ homo non p̃cipit ea quę sunt spiritus dei. Ita sane & anĩalis iste uiculus tuus Nefene nõ uult p̃cipere & acceptare sensum ecclīę, quę ei p̃ sanctos dei hoies, ante mille & amplius annos, dictauit & tradidit spiritus dei sanctus. Sed temere & supbe innitit ubiq; prudentię suę, & sapiens est in oculis suis, atq; prudens corã seipso. Vt iã plane cõpletiũ sit in eo, qđ alibi ait Apłs, Lřa occidit, spiritus aut̃ uiuificat. Sic etiã multi discipulorũ Christi (quo minus mireris de hoc uiculus discendete & aberrante) dicentes literaliter & carnaliter, Durus est hic sermo, & quis potest eũ audire, abierũt retro, & iã non ambulabant cũ Iesu. Proinde ait ibi dñs. Spiritus est q̃ uiuificat, caro nõ prodest quicq;.

Roma. 7.

1 Cor. 2.

Aia Puitulus Luth. in litera.

Prouer. 3.

Esa. 5.

2 Cor. 3.

Iohan. 6.

Audiat ergo uiculus tuus, et tu simp̃ cũ eo. Quid uobis dicat sanctus eruditus, & eloquens doctor ecclīę, diuus Hieronymus, in eplãm Pauli ad Galatas scribens. Quemadmodũ & Gratianus refert in decretis. Marcion (inqt) & Basilides, & cęterę Hęreticorũ pestes, nõ habēt dei Euangeliũ, quia nõ habent spiritũ sanctum sine quo humanũ Euangeliũ non docet. Nec puremus in uerbis scripturarũ esse Euangeliũ, sed in sensu, nõ in sup̃ficie, sed in medulla, non in sermonũ folijs, sed in radice.

Verba Hieron. contra scripturas hęreticorũ.  
1. q. 1. c. Marcion.

Conclusio ad Nefenũ.

Reliquũ est Nefene, ut te rogẽ, ne cuiq; posthac (rationis. Hęc ille. ullius in me sis imperiosus autor cõtumeliosi libri. Cũ ego te antea nullo unq; uerbo aut facto (qđ sciã) læserim. Si aut̃ ad me lacessendũ & traducendũ ingeniosus aut imperiosus esse prexeris, habeo certe adhuc literas & tuas & tuorũ, ex quibus & me defendere, & rationẽ tibi retribuere queã. Rogo uero te potius, ut si respiscere neq; uelis neq; possis, obstante tibi praua & inq̃etã mentis & affectatę ignorantię cecitate saltẽ ab iniurijs temperes, ne me inuitũ trahas cõtra te in harenã. Deus Optimus Maximus refarciat has Germanię scissuras, & conglutinet uulnera hiantia, ut fiamus iterũ nnũ corpus (ut antea) & unus spiritus, sicut uocati sumus in una spe uocationis nostrę, & simus de cętero magis solliciti, seruare unitatẽ spiritus in uinculo pacis Amen.

Ephes. 4.

- A Excusatio Authoris ex Prouer. xvi. cap.
- B Rñde stulto iuxta stultitiã suã, ne sibi sapiens esse uideatur.
- C Quo casu quærís,
- D Eodem respondere iuberis.

Oratio Io. Cochläi, Ex ps. 21.

Circumdede runt me uituli multi, Tauri pingues obsederunt me.  
Aperuerunt super me os suum, sicut Leo rapiens & rugiens.  
Tu autē dñe, ne elongaueris auxiliū tuū a me, ad defensionē meā cōspice  
Erue a framea deus animā meam, & de manu canis unicam meam,  
Salua me ex ore leonis, & a cornibus unicornium humilitatē meam,  
Narrabo nomen tuū fratribus meis, in medio ecclesiæ laudabo te,  
Francofordiæ ad Mœnum. xij die Aprilis.  
Aano M. D. XXIII.

Numeri correspondentes in libro Lutheri.

- I Arma uirumq; cano, Mogani qui nuper ab oris
- II Si ineptire uideor tibi, mi Vilheylle, pro istis bacchanalibus,
- III Quid est enim iactare arma uirorum, nisi mania
- IIII Papa fentit uulnus, Papiſtæ queruntur suum casum.
- V Deinde siquid reliquum in eo esset salui cerebri,
- VI Sed erat una solatij spes, quod liceret gloriari.
- VII Iam quantum est dementiæ argumentū, q; gloriatur
- VIII Veniamus nunc ad rem ipsam, & reliquam armorum partem,
- IX Et satis miror tam diligentem compilatorem non auxisse.
- X Vides ergo nullū librum esse tam tam malū, quin in aliqua pte:
- XI Primum ego conatus sum reddere q; potui clarissime.
- XII Nam ubi ad Romanos de fide & operibus disputat.
- XIII Hæc enī sunt uerba eius. Ex operibus legis nemo iustificatur.
- XIIII Hæc certe sunt fulmina diuinæ authoritatis. Tu nunc uide.
- XV Contendit enī contra opa & iustitiā legis, & prorsus in re.
- XVI Proinde satis ridiculū est, in hunc modum cauillari.
- XVII Ego certe meis assertionibus hoc egi, dum soli fidei.
- XVII Porro siqui sunt, qui per opa legis in Paulo non oia opera.
- XIX Quod autē Petrus dicit, nos per baptismū saluari.
- XX Quod siqui sunt ex Patribus, qui senserunt, Sacramentum.
- XXI Gratiam uero iustificare sic debuit intelligere Cochleus.
- XXII Iam in tota scriptura non legit, Charitati tributam iustificationē
- XXIII Error autē uulgatissimus ide manauit, q; uerbū Petri ex Pro.
- XXIIII His credo satis esse respōsum pro defensione triū ppositionū
- XXV Per hoc tñ non oportere negari, quin uerbū sacramentum.
- XXVI Hæc serio dicta satis sint Reuertamur ad ludētē meā Testud.
- XXVII Vbi in assertionibus meis dixi Paulū asserere nos fide iustifi.
- XXVIII Verū quid ego hic facio, nisi ut bis stolidus & insanus fiam,  
Dicite Lutherani uitulo uestro, ut & ipse sic assignet  
numeros, quibus responderit libro Cochläi.